Ista divinitus in animum venit edicere virginis, quam ego profecto beatissimam esse iudico, delectamque a Deo Optimo Maximo consilii sui vaticinatricem de nobis, etsi plurimi severe negant haec esse digna fide, cum tamen Erythraeam sibyllam fuisse fateantur. Atque illi quidem aliquem suspicuntur, huiusce ritus observatorem hominem poeticae non ignarum confecisse versus, subinde sibyllae nomine circumferri quaedam quasi vaticinia, quae revera adulterina sint, et tamen ad instituendam probe vitam conducibilia, cum, excidio voluptatum, homines ad honestatem alliciant et temperantiam. Ad exquisitam autem rationem veritatis, hominum nostrorum diligentia annotata sunt intervalla temporum, iam ut nemo aliqua de re possit ambigere, post adventum Christi poema compositum esse, et tamquam versus essent a sibylla dicti, ita falso tenuisse. Nam certum est incidisse in poema Ciceronem, idque factum ab eo latinum cum suis eluebrationibus annumerasse, qui tenente Antonio rerum summam sublatum est. Iterum Augustum Antoniano bello superiore evasisse. Ille sex et quinquaginta annos imperavit. Insequutus est Tiberius, quo saeculo adventus illuxit, atque sacrosancti ritus invaluit ubique loci mysterium.

Auctoritas affirmantis, doctrina eorum coram quibus affirmabat, et penes quos tunc omnes Ciceronis libri erant, cum ad nos LXXV immuniti atque ex reliquis non integri omnino per venerint, rem et veritatem in tuto ponunt, atque inexpugnabilem prorsus constituant.

Hinc minime mirandum est si praeceteris huiusmodi symbolum Christiani dilexerint, si ad manus praeceteris reliquias habuerint, si hoc se pulchra, paginas, gemmas, parietes passim ornariint. Qua in re insignia duo epigrammata habemus, Pectorii scilicet et Abereii, in Galliis alterum (Autun), alterum in Syria (Damasci), quibus Christicolae « O Piscis Coeleste genus » appellantur, et Abereius Eucharisticum convivium nuncupat « mensam Piscis eximii »:

*Et mensae apposuit piscem purissima Virgo
Eximium, pure quem vitae a fonte prehendit,
Vescendumque dedit dilectis tempus in omni,
Utile habens vinum, potum cum pane ministrans.*



Plures, passimque sunt symboli huius imagines: quam vero damus tabulam, hanc eruditissimus vir P. Iosephus Lais, quem alias in nostro commentario eum laude memoravimus, quippe in astronomieis non minus quam in archeologieis magister summus, e Vallicelliana bibliothecae codicibus eruit (1), Lueulent, qui VI saeculo floruit, opera illie manu scripta recensens: cuius quidem paginas ante, millennio circiter, scriptas iudicat, at picturas in illo ductas minio, ad exempla eorum, quae videnda olim in catacumbis exstabant, iudicat exaratas. Christus hic est in subsellio emensis et species Eucharisticas omnipotenti verbo commutans ac transubstantians; quo factum est ut panes illio Christi notentur stigmate, calices natantem praeferrant pisces « maneatque Christus totus — sub utraque specie ». Abiens ille, capite diminutus, Iudas traditor est, cui aptantur verba illa Psalmistae subiecta picturis: « Qui edebat mecum panes ampliavit adversus me supplationem ».

Et haec de symbolo pisces dixisse sufficiat.

SENIOR.

PICTORUM TRIBUTUM CHRISTO NATO.

Nox saera Redemptoris natali suavissimo afflato poetarum semper pectorumque mentes apud omnes populos pereculit. Ut solatur miseros, ut puerulos laetificat, ita cultores artium pulchrarum saepe copiis tenues, semper puerili quadam habitu ingenuos, ad laetitiam erexit, gaudio perfudit. Iamque ut nemo poetarum, ut nemo pectorum est, quin Deiparae Virginis aut suavissimam imaginem coloribus vel marmore fixerit, aut versibus vel concentibus laudes recinuerit, ita nemo est quin noctis illius mysterium carissimum commota animi vi ac pietate recoluerit sealpro vel carmine. Haec a rudibus illis imaginibus, quas prisci illi Christi asseciae in « catacumbis » effinxerunt, haec per saecula illa pulchritudine.

(1) Cenni storici della Biblioteca Vallicelliana con ricerche di Patrologia per GIUSEPPE LAIS. Roma, ex officina Guerra e Mirri.

dinis omnis ferme expergia, haec denique a renovata liberalium artium fortuna ad nostros dies summorum fasti pectorum obtestantur, quorum inter opera per insigne aliiquid colluet semper quod praesepe Domini referat, et vaientem Christum inter iumenta ostendat.

Sacrae noctis gloriam en Giottus in Assisiensi basilica refert: en mirabilior Angelicus ille Faesulanus, qui arte sua veluti divino spiritu inflata Iesum et Mariam, pastores et agnos, angelos denique lenissimo veluti digito delineat. Petrus a Francisea, Octavianus Nelli, Minus Faesulanus, et ille Laurentius quem a magistro « Credimus » dixere, Ioannes Spagna sua quisque mira simplicitate sequuntur, usque ad Botticellum, qui nova fervidaque corona divinum mysterium praecingit: casam humilem tectam paleis, ubi vagit Iesus, angelicae choreae auro et colore splendidae inter iridescentes nubes, desuper pariterque subter cingunt, dum floreae divitiae fuse sacra capita undique obvoluta.

At iam artis pictoriae culmen arripitur, iam ad perfectionem operis artifices pergunt. Lippius, Perusinus, Raphael, Leonardus, Titianus in certamen veniunt; regalem formam Deipara induit, palpitat circum aether, dum angeli suavissimi iuvenili specie alis librant volatum, pueri Iesu vultus eam luceem effundit, quae noctis omnes tenebras facile vineat.

Murillo ille, qui sacra religionis mysteria, qui Virginis vultum plorans atque orans pingebat, Natalis dominicae noctis argumentum non recusat: non recusat Correggius in lucis splendoribus variis, in colorum vi, in corporis motibus transverso visu delineandis summus artifex; neque abstinet sese Carolus Dolci, cui adeo carae habebantur fidei nostrae feriae solemnissimae, ut eas meditando quasi monachus traducens diem, spiritu ferme caelesti manus permotas ad opus sentiret.

Sed tamen, ut lectoribus oculis subiiceremus, tabulam Gherardi illius selegimus, cuius non semel portenta in commentarii paginis expressimus, cui diximus iam fuisse a noctibus cognomen, quippe artifici inter omnes calliditate summa pollenti, ut redderet lucis radios per tenebras effulgentes, et mira veritate artis effingeret obiecta circum ab iis collustrata, variosque motus umbrarum atque splendorum tanta fidelitate exprimeret, ut revera ingredi sese nocturnum visum spectantes admiratores reputent. Profecto imaginem hanc novam demiremini, lectores, moxque fateamini libere, num vos quoque fallerit tanta pictoris peritia.

Obscurus stabuli aer: lux omnis e pueri Iesu in eunabulis iacente diffunditur. Mater eum suavi intuitu demiratur, cuius suavissima forma Iueulentius, quam reliquae figurae, eorumscat.

Eius ad humeros Ioseph natum puerulum laeto ore contemplatur; contra illum ephebus quidam pastor genibus flexis divinum Puerum adorat, eiusque intuetur gratiam et pulchritudinem. Facies divinis radiis collueens eminent ex obscuris vestibus socii, qui balantem agnum humero impositum, pedes laeva manu retinens, affert, dum dextera ad frontem elata nimium fulgorem e pueri diffuentem temperat. Eum adloquitur adulescentulus pastor iuxta genu.

flexus, qui Pue contra adest, culsus lata ma mus autem st funditur.

Summa e t at tenuiori l angeli advolan ex incunabulis.

Rem ad un cogit quivis gratia apposita vissimo Christi nii sui atque p etiam incitame aurorae artifice tissima, perenni ipsi quoque glo cem quaerant.

AP

ANNI EXIT

Quid anni et spes? Atqui Vitae summa brevi

Nec tamen a sine spe vivere. At multiformis l vices, et vitam casibus, ita ut mortales compar etum rerum e ter orientalem talem alter; hic Boream intedit nique trahit

Nisi quod caeli losi respiciunt, se priarum ineuriosi saepe sua quasi v

Quo nos fata t

Quidquid aut metuat, illud om sinunt. Hinc ann supra limina satio de factis, et p hinc etiam, prou patrifamilias me, cuique populo su pariter sunt sole quibus morienti v tangs excepitur.

Si locus hic huiusmodi perse dolem, sed histori um divinare p praeterita, ita fu limite certo cont possumus, libet a delbare, ut pers

(1) Hor. Od., lib., I

lenique a
ad nos
antur, quo
d collucet
rat, et va
fundat.

Assisiensi
elieus ille
no spiritu
et agnos,
o delineat.

li, Minus
a magistro
sua quis
ue ad Bot
a divinum
em tectam
oreae auro
tes nubes,
dum flo
que obvol

ipitur, iam
gunt. Lip
s, Titianus
n Deipara
angeli sua
volatum,
ndit, quae

mysteria,
orans pin
gumentum
s in lucis
n corporis
summus
Dolci, cui
feriae so
monachus
sti manus

iceremus,
ius non

is expres
tibus co
allidate
diros per
rtis effin
variosque
anta fide
se noctur
reputent.

niremini,
num vos

e puer
r. Mater

avissima

urae, co

uerulum

ephebus
Puerum

ulchritu
minet ex
agnum

retinens,

nimum

at. Eum

a genu

flexus, qui Puerum mirabundus indigitat... Alius contra adest, qui pariter nimio splendore perculsus lata manu lucem removet ab oculis; ultimus autem stupore ob caeleste mysterium perfunditur.

Summa e tabula fracta nubes lucem iactat, at tenuiori lumine fulgentem; inde psallentes angeli advolant, quorum qui inferior est, radios ex incunabulis profectos plene accipit.

Rem ad unguem elaboratam modo laudare cogitur quivis intueatur. Sit haec, speciminis gratia apposita, tot a summis artificibus suavissimo Christianorum mysterio praestiti ingenii sui atque peritiae quasi exemplum, sitque etiam incitamentum ut qui exorti novi saeculi aurorae artifices adsunt, in nocte illa sacra-tissima, perennibus artis monumentis illustrata, ipsi quoque gloriam nec exiguum nec mendacem querant.

I. ANTONELLI.

APUD SINENSES

ANNI EXITUS, ET NOVI EXORDIUM.

QUID anni exitus, nisi mors et sepulchrum? Quid anni initium et exordium nisi ortus et spes? Atqui

Vitae summa brevis spem nos vetat inchoare longam (1).

Nec tamen abstinemus a spe; nemo enim sine spe viveret, nemo sine spe operaretur. At multiformis haec spes per varias porrigitur vices, et vitam singulis exhibet variis plenam easibus, ita ut poeta quidam satyricus recte mortales comparaverit considerantibus prospetum rerum e diversis domorum fenestris. Alter orientalem spectat sibi agrum, occidentalem alter; hie in Austrum prospicit, ille in Boream intendit oculorum acumen, et... de-

nique trahit sua quemque voluptas.


Nisi quod caecutiunt multi, multi somniu-losi respiciunt, segnes plerique, aut saltem propriarum incuriosi rerum, illud Venusini vatis saepe sua quasi vitae fundamentum constituunt:

Quo nos fata trahunt, retrahuntque, sequamur.

Quidquid autem quisque sibi speret, vel metuat, illud omnibus idem est: spes et timor sollicitudine euraque neminem vacare sinunt. Hinc anni finis et initium duo veluti suprema limina sunt, in quibus et ponitur ratio de factis, et propositum fit de futuro. Atque hinc etiam, prouti sunt cuique homini, cuique patrifamilias mens, consilia, sententiae, prouti cuique populo sunt leges, mores, religio, diversa pariter sunt solemnia caeremoniarum et rituum, quibus morienti valedicitur anno, quibus adventans excipitur.

Si locus hic esset, si spatium ad singula huiusmodi consequenda daretur, non modo in-dolem, sed historiam ipsam singularum gentium divinare possemus, et sicuti narrare praeterita, ita futura cognoscere. Sed quoniam limite certo continemur, praeter quem ire non possumus, libet aliquid e Sinensium ritibus hic delibare, ut perspicuum sit puerasecentem con-

(1) Hor. Ode., lib., IV.



Gherardi *delle Notti* tabula praesepe Domini effingens.

(Photographice expresserunt FR. ALINARI, Florentiae).

tinenter populum ingenio suo parere adhuc, et si senescat, et paene senio conficiatur.

¶

Audisne? Pekinum urbs tota consonat aere percuesso quod *tam-tam* appellant, tympanorum crepitum, clangore tubarum, clamoribusque praeconum omnia sonant. Filius ille caeli, Imperator Sinensis, undecimo ante anni finem die, curam sui populi, cui patris instar est, gerens insignem, ne quid praetereat quod faustum genti esse possit, iubet decem perpetuis diebus, a crastino ad anni exitum, omnes omni ab opere abstinere, a quovis labore quiescere! Confucius enim ille et philosophus, et legislator, et theologus, et unus in Omni apud Sinenses, in libro, qui *Cku-Ching* inscribitur, haec habet: Moriens annus est quasi a nobis amicus numquam redditurus excedens; adveniens annus est quasi potens, a quo et mala timere possumus et bona exspectare. Itaque primo illi reddemus honorem et gratiam abeunti; alteri huic omnia exhibebimus, quae animum eius nobis concilient. - Et, herele!, haec persuasio Sinenses

obtinet. Statim elegantes iuvenes et viros, cae-veam singulos speciosis avibus egregiam prae-farentes, vides in frequentiores prodire vias, deambulare, ostentare se, magno sericarum vestium cultu, magno apparatu. Neque Pekini haec tantummodo; sed in Sinis ubique viri, mulieres, pueri, puellae, adolescentes, quotquot sunt, prodire in agros, in aperta platearum, camporum, ad ripas fluminum, lacuum deducere solempni pompa simulacula deorum, incensa, odoramenta ab olibano ad chartas comburere, bona omnia humanissimis verbis abeunti anno precari, valedicare, commendare hunc dñs deabusque omnibus ob benefacta, dimittere siquid contra malum intorserit, et affirmare haec dira non male animo, sed contra sententiam, proculdubio praeter intentionem, intorsisse.

Interea quidquid negotiosum ita constitutum lege est, ut ante solemnes hos decem dies, omni-nino sit absolutum; novo anno nova sint omnia. Tum in domibus divitum non minus atque in easis humilium pia quaedam caeremonia omnes occupat, ritusque completur vigesimoquarto die duodecimae lunae. Valedicitur, et prospe-

rum iter ad mortuos ominantur Deo tutelari familiae, quasi uni ex Laribus et Penatibus apud maiores nostros, qui e foco excedit; et apparantur, et fiunt quae idonea sint domestico alii genio, nutu divino vel proprio consilio in consuetudinem habitantium succidenti. Longae chartarum taeniae diversis pictae coloribus incenduntur, dumque volant reliquiae scintillis ardentes, auguria capiuntur ab iis, qui certatim eas insequuntur flabellis, ne antequam extinctae sint penitus solum attingant, quippe putant malas cogitationes cum iis extingui, abire, tenebrescere aeternum magna cum utilitate domorum et incolentium. Ara huic Deo domus in coquina est, aeternum lampade lumen, saepe cereis ornata, thure et pretiosa incundaque aura fumi perflata. Lampas illa *longaeritatis* appellatur *lampas*, et quovis vespera ante hanc ille absolvitur ineensa chariae ritus expellendae flabellis; idque integrum anno usque ad fatalem illum quartum supra vigesimum diem duodecimae lunae.... Eeūr « fatalem? » Quia hoc die ultima ingruunt fata quamplurimis, prout habent, felibus, canibus, sororibus decumanis; quos coquunt multifariam, iuxta numerum, multiplex liquamine aspergunt a melle ad acetum, et multis condunt cachinnis a pipere et mulso ad sal et cinnama, a saccharo et adipe ad siceram et

23]

FABULAE SELECTAE FONTANII
A IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE
PASSIM RETRACTATAE A FRANCISCO XAV. REUSS.

XCIV. — MUS ANACHORETA.

Corrupti saecli ceperunt taedia murem;
Indorum veteres hoc meminere libri.
Caseus, ex batavo concretus lacte, rotundam
Praebet eremitae, quae placet, aediculam.
Hic, procul a turbis, sibi musculus, orbe cavato,
Exstruit, amplificat, dente secante, casam.
Commoda cella brevi tectum rictumque ministrat;
Incola (quid mirum?) fit teres atque nitens.
Nam superis qui se sacrarunt, his, velut imber,
Sedibus e superis munera lecta pluunt.
En adeunt murem legati; miserat illos
Urbs murina, famae quam diurna premit.
- « Nos - dixere - pater, mures ubicumque rogamus,

Urbis ut afflectae damna levare celint.
Bellum gens nobis morit felina eruentum,
Muripolimque suis obsidet agminibus.
Annonam deposeit egens respublica, quae nos
Longum ieiunos carpere iussit iter.
Quintum post solem, renient, aliunde profecta,
Pabula; nunc modicam da, pater, ipse stipem. »
- « Non ego - mus seclusus ait - terrestria euro,

Nec mea pauperior cella recondit opes.
Nil habeo, quod dem, nisi pectore fusa volenti
Vota, quibus robis prospera cuncta precor.
Audiat haec mea vota Deus. » Vix talia fatus,
Sanctulus (1) occlusit, clave rotante, fores.
Durior ille mihi dannatur mus. At eremus
Cultores alios num mea musa petit?
Ingenuus fateor: volui describere Bonzos,
Non monachos; monachus sponte tulisset opem.

XCV. — ARDEA.

Ardea, praelongis rostro colloque superba,
Longo flumineam crure legebat aquam.
Lucius exsiliens, vitrea ludebat in unda;
Ludebat choreas sponte cyprinus agens.
Ripam squamigeri radebant mille, labore

(1) Hoc diminutivo nusus est S. Hieronymus; idque per ironiam, uti hoc loco adhibetur.

oleum, et reliqua huiusmodi culinaria gularum irritamenta; inde bellaria, inde mellita. Magno coram Deo illo opiparum apparatur convivium, lautissimum iuxta quod cuique possibile sit. Bene postquam comedere et biberunt, incidunt ludos igniarios pyrogranis confectos, et tecta, seu solaria domus hordeo, simila, avena spargunt, quibus reficiantur equi tracturi currus Deum foci annum abeunt; novaeque instaurantur nulla interposita mora epulæ, queis bene, iueunde, amice novus adveniens Deus excipiat, annum integrum penes eos habitaturus.

Novus hic annus Genius, sive Deus (seu mas, seu femina sit, nihil interest) fertur vacuam extemplo aram sedemque occupare, tutelam adiutus patrociniumque familiae, cui missus est, et cui creatus ad hoc est a numine summo, nomenque accipit excipientis domus, et illo in posterum appellabitur, vel post excessum, ubi lactens alter annus vices et locum eius oceupabit. Ultimo denique die coram altari onerantur mensae grandi, enormi patina cypressinis decorata ramuseulis, quibus chartulæ haerent inscriptæ faustis, felicibus vocibus. Ramuseuli isti in oryzae cumulo, quo patina conerescit, inserti sunt; porro adduntur ad cumulum auctendum species quamplures fructuum, quibus copia, abundantia indicetur.

Oblatio haec ad dimidiā usque noctem su-

premi diei huius permanebit ante aram; qua ora decedente, nova patina succedit, illa auferetur. Oryza illa « veteris anni » dicitur, haec « anni lactantis », et nova haec oblatio coram Deo duobus vel tribus exstabat diebus, quibus elapsis, solemniter comeditur ab omnibus, qui domi fuerint, et in calendario eligitur proprius dies, qui solemnis Deo annuo futurus erit illo anno. Olim vero superstitionis quamplurima addeabantur; homini recubandum erat ad cisternam gestanti manu ramum piperis floridum, cui dimidia noctis dante aere signum, ramum in cisternam proiecindum erat, ut aquam omni contagione mundaret, vitalemque redderet. Regnibus Han, agmen centum et viginti puerorum, quibus duodecimus circiter annus esset, rubris ornatum pileis, cinereis et ravis induitum vestibus urbem pererrabat tympanizans utraque manu, totis viribus, ut illo strepitu, crepitu, fragore cacodaemones terreret, expelleret, profligaret.

At VI saeculo, imperium Shung obtinenteribus, pompa haec longe erat ingentior, adscitis in eam militibus, qui praerinent amicti rubris indumentis, quassantes auratas hastas, et vexilla Draconis effigiem exhibentia, personati horribiliter. Interea per campos villie, ruricolae pompam deducebant attollentes sudibus infixas faces, et arva ambiebant (num et hic quid

Vulpes: - « Da veniam » - respondet -; « ne quid odoror
Me pituita retat. » Sic rufra suspes abit.
Fabula nostra tibi, si degas regis in aula,
Proderit inter res saepius anticipes.
Asper ne censor, ne sis laudator ineptus;
Disce Sibyllino more subinde loqui.

XCVII. — VULTURES ET COLUMBI.

Armorum strepitu Mars olim percult auras;
Grandis ibi volucrum ceperat arma tribus.
Non tribus illa quidem, quam mitem iungere curru
Cupria Diva solet, cuius alumnus Amor.
Bellabat vultur, gens rostro atque ungue reduco;
Belli causa: fame forte perempta canis.
Sanguineus, dum pugnat, (tumidis neque verbis
Res orno planas) imber in arra ruit.
Singula si vellem describere facta duelli,
Deficerent Musae voxque diesque meae.
Occubuere duces, heroes mille; Prometheus
Finem supplicii credidit esse sui (1).
Acres dum certant, miraris fortia gesta;
Dum pereunt, caedes te miseranda moveret.
Omnia tentantur: gravis impetus, agmina densa,
Dispertita acies, vis adaperta, dolus.
Ferret utrinque diu certamen; vultur utrinque
Plurimus umbrarum limina muta subit.
Tot doluit strages gemebundus ille piusque
Ales, qui collo versicolore nitet.
Officiosus aret partes implore sequestri,
Ultra ne diro rore madescat humus.
Ecce columbus adit cadueifer hostica castra,
Iratos mulcet, pacis et auctor abit.
Eheu! redditus pax pacis damnosa ministris
Exstitit, acta quibus gratia nulla fuit.
Irruit in placidos vultur, gens saeva, columbos,
Quies viduat caesis oppida, rura, domos.
Consilio caruit plebecula, nescia fraudis,
Dum serrare genus nititur accipitrum.
Tu sine perverso sese lacerare ricissim;
Dum lacerant, nequeunt bella morere bonis.
Namque bonos malus aggreditur, vix otia nactus.
Haec obiter dixi; lector amice, vale.

(1) Prometheus, ut habet fabula omnibus nota, quod ignem e caelo rapuisse, in rupem Caucasiam coniectus est vincitus, ubi iesur eius perpetuo a vulture devoratur.

(Ad proximum numerum).

simile Fratris
sibi campisq
sem datus
tegra, nam h
inquam, sing
anni adeunt
uniuersitate
cumulant lib
tant. Sunt q
minora igne
proicieunt, at
flant, futura

Summa at
iusdam libri
editum fuit)
pertatis Deus
et in eundis o
spere duodec
munera poetar
mis floribusq
singulae.

Solemmissis
in honoribus,
salutaturi Im
templum Dei
Numina littera
rea omnia pri
chartis obvoluta
salutaturi dom
nuscula et al
iliaribus, servi
nuptiis sese o
mala, anguria
clausa.

Quartus an
felicitatis ac
sunt, quae se
facilis non re

Septimus di
securatus, nonu
festum procede
lemnität, q
storum omnium
solutum curis
domesticis tem
Quinimo sunt
hisce diebus i
prout fecit a
cui cives Han
gna insuper p
rantium flamme
diuntur, serib
deunt ut felic
policeantur.

Quaeque au
ad rem publica
ideoque indol
huius populi i
senescentis in
nam luceat a
ctionis mutua
et caritatis!
demum hisce

incipit

Multo

In a

aram; qua
et, illa au
dicitur, haec
platio coram
ebus, quibus
mnibus, qui
gut propi
futurus erit
quamplurima
erat ad ci
ris floridum,
num, ramum
aquam omni
edderet. Re
vinti pue
annus esset,
ravis indu
sympanizans
lo strepit,
reret, expel

g obtinenti
tior, adscitis
micti rubris
astas, et ve
a, personati
llici, rurico
s sudibus in
et hic quid

ne quid odorer
abit.
ula,
us;

UMBRI.
turas;
tribus.
ngere curru
mor.
e reduco;
vis.
que verbis

i,
e.
us
;
ocet.
na densa,
trinque
vit.
que

stra,
stris
t.
lumbos,
nos.
bonis.
a nactus.

ta, quod ignem
as est vincetus,

simile Fratribus Arvalibus?), ut conciliarent sibi campisque Deos uberem satae oryzae messem datus. Vigilatur tamen adhuc nocte integra, nam haec maiora obsoleverunt; vigilatur, inquam, singulis in domibus in exspectatione anni adeuntis; atque hae vigiliae communes unicuique familiae sunt. Poetae suos instar aerae cumulant libros, coramque iis sacrificia frequentant. Sunt qui aurum, argentum, metallaque minora igne liquefacta in pelvam aqua plenum proiiciunt, atque ex figuris, quas rigentes conflant, futura praenoscet et portendi credunt.

Summa autem superstitio est in lectione eiusdem libri (opus ab Han-Voung-Koung olim editum fuit) quo dimittitur miseriae, et paupertatis Deus. Legit hunc poeta, plaudentibus et iucundis omnibus, illo vigesimo quarto vespero duodecimae lunae; et, lectione peracta, munera poetae sunt ex aureis et argenteis nummis floribusque; hos praebent ultimos puellae singulae.

Solemissimo autem anni die primo qui sunt in honoribus, in scientia, in opibus primum salutaturi Imperatoris tabulam adeunt, postea templum Dei Caeli, deinde Confucii, et inde Numina litterarum et belli. Circumtonant interea omnia prima ab luce fragore pyrogranorum chartis obvolutorum, et cives cognatas invisunt salutaturi domos, daturi omina et accepturi, munuscula et allaturi, et relaturi, sportulas familiaribus, servis, pueris largituri. Recentibus qui nuptiis sese obstrinxerunt, a salutatis medica mala, auguria prolis certa, reportant saceculo clausa.

Quartus anni dies dat solemnia numinibus felicitatis ac opum, nec aulae, nec penetralia sunt, quae sericis non ornentur, quae cereis, faculis non refulgeant.

Septimus dies honori humani generis est consecratus, nonus Deo Summo, et ita de festo in festum proceditur usque ad Lanternarum solemnitatem, quae corona et quasi conclusio festorum omnium dierum est. Maxima in populum solutum curis laetitia fluit; et lusibus et ludis domesticis tempus hoc anni est opportunum. Quinimo sunt qui avibus captivis libertatem hisce diebus reddant, ut omnibus laetitia sit, prout fecit ad exemplum philosophus quidam, cui cives Han-Tang columbum obtulerant. Magna insuper praesagia fiunt circa ventorum spirantium flamina, nubes, verba, quae prima audiuntur, scribuntur. Omnia tamen in illud redeunt ut felicitatem, longaevitatem, divitias polliceantur.

Quaeque autem omina non ad civitatem, non ad rem publicam; unice ad hominem pertinent; ideoque indolem, quam « egoisticam » dicimus, huius populi tradunt. Quisque sibi cavet! Haec senescentis imperii pernicies et labes est. Utinam luceat annus, qui ad Sinenses ferat dilectionis mutuae spiritum, spiritum fraternitatis et caritatis! Hic novus annus erit, ac tunc demum hisce terris

incipient magni procedere menses.

P. ALEXIS.

Multa petentibus desunt multa.

HORAT.

In audaces non est audacia tutia.

OVID. Metam. I.

NUNDINAE NIZNI-NOVOGARDIENSES⁽¹⁾.

Kostromam appulimus, super quam centum eminent campaniae turres, argenteae pinnae culis, et, moles ingens!, templum Saneto Ignatio dicatum, celebre sanctitatis fama, sacrarum copia reliquiarum, et Catharinae II pietate magna saepius adeuntis. Haec Augustae stirpis patria fuit, ibi enim ortus est Michael ille Romanoff, qui Polonis profligatis, eiectis, imperatoris nomen primus in Russia occupavit. Num vobis nominabo Ples, Kineschjam, Juruvez-Povolskoi, Balkaram? Moesta loca, lugentes campi, nudae arenae, ubi, praeter operariorum et artificum vitam, reliqua nulla sunt. In Okam divertimus, magnum fluvium in maximos Volgae fluctus fluentem, et ecce coram Nizni-Novogardia. Quasi ala quaedam, urbs a flumine ad colles patens expanditur; crebrae templorum, domorum, argenteae, cypriae, aheneae cuspides; lintres, naves, phaseli, cymbae, rates, triremes quaquaversus cursitant prope litus, in agmine aquarum, cominus, eminus, velis multicoloris instructae, instructae nautis, quibus Persae, Sinenses, Arabicae, Indicae vestes, quibus nulla quies, mora nulla, quibus ire, redire, congregari, dividiri, quibus vociferationes, clamores perpetui; et in supremo collum augustea arx, turribus eminet superba, ac dominatur.

Ab idibus Iuliis ad Septembrem mensem nundinae durant, quibus Europa et Asia suas merces commutant, emunt, dividunt. Illie omnia quae religio cupit; quippe inter sexaginta tempora, mahometana sunt duo, Meskitae, armena una, lutherana pariter una. Quatuordecim habet mensas nummarias. Quidquid mercium pro nundinis est in proximam insulam Slobode-Kunarivio ponte vasto traducitur. Haec insula validis aggeribus in aquas et ab aquis eminet, quos militia custodit virgis et flagellis knut armata. Vae furtum, aut rapinam vel tentanti! Illio poena praepes et praeceps irruit; caesus, vulneratus reus detruditur in careerem, ex quo superimpositis plagiis raro reddit vivus. Et latrones tamen ibi sunt, at ante nundinas; nam societatem palam habent, coniiciuntur in compedes; reliquos knut domabit, disperdet.

Hac in insula septem emporiorum millia sunt, quae nundinis plures implentur, plures venditione mercium vacua fiunt, iterum implenda. Quidquid Germania, Russia, Anglia, Gallia, India, Graecia, Asiatici omnes populi habent auro, argento, ligno, ferro, aere, gemmis, pelibus, laneis, lineis, sericis, ebore, fructibus, industriis, commerciis, arte, quaesitum, inventum, illuc aggeritur, cumulatur, et distrahitur in omnes orbis terrarum regiones. Nemo credit nisi qui viderit, nemo videbit nisi qui integrum nundinarum tempore moratus hic fuerit. Qui enim scribo, atque integrum fere mense moratus hic sum, et quotidie a solis ortu ad vesperas per infinitum hunc orbem mercatorum sum versatus, nequeo affirmare me omnia conspexisse, praesertim cum emporia vario genere mercium plures infarciantur, plures vacuentur. Equis autem septem huiusmodi millia, praeter ea quae sub dio, quae sub tentoriis, quae ligneis in easis sunt, poterit considerare, memoriae

mandare, narrare? Vincit multitudo rerum memoriae vires, recordationis absunit potentiam, mentis aciem obtundit. Ducenta negotiatorum millia hoc anno convenisse dicuntur: abhinc annos triginta, trecenta millia numerabantur, multum detrahentibus coetui et conventui huic anno ferriviis, quae immane hoc imperium quaquaversus dum penetrant, commodum dant emptoribus ut, quae sunt necessaria, illic sibi comparent ubi conflantur, et vendentibus modum praebent ea vendendi domi, ne iter longum et periculosum confiant.

Singulare num aliiquid expectatis? Vineam expectationem vestram. Noctu nemo est in insula nisi formidabiles illi custodes. Mercatores, negotiatores, domini, servi, expelluntur ad unum; silentium sepulrale illie. Redeunte luce pontis portae panduntur, et suum quisque ad emporium reddit. Triginta centena libellarum millia harum ex vectigali nundinarum publico traduntur aerario.... Sexenta milii dicenda essent; at sex millia si dicerem, numquam singula referrem. Itaque... Valete.

A. VIEILLOT.

ANNALES.

Sinarum res — Russica classis ad Anglos — Venezuelana — Eduardi regis arbitrale iudicium — Vilhelmi Caesaris sermo novissimus.

SHANGAE ab urbe nunciant Angli novas obortas esse discordias de revocandis nostris militibus a Sinensium litora: tribuni enim qui sive gallicis, sive germanicis legionibus praesunt, sese non recessuros ad Februarium mensem usque palam professi sunt. At enarrata novissime ab Anglis pariter sunt, suos milites, postquam Iaponios proficiisci viderunt, sese parare ad redditum: eos itaque sequuturos brevi ceterarum gentium cohortes, ita plane ut occidente hoc anno nullus peregrinus miles illie sit mansurus. Sed praecipuae totius foederis pactiones sunt ut Sinenses primum potissima iura nulli nationi in Yang-tse fluminis valle conferant; ut revocantibus suas quaeque copias ius maneat integrum eas forte, pro re nata, remittendi, statim ac noverint aemulam quamdam suas misse.

*

Russicam classem Anglicam ad litora his diebus appulisse omnes obstupuerunt ea praesertim de causa, quod sequuta sit proprius Vilhelmi Caesaris iter vix peractum. Inde arguant non modo innovatam concordiam Germanos inter et Anglos, sed etiam Russorum Anglorumque amicitiam aliquantulum esse instauratam. Idque maximi ponderis habetur ex novis rerum conditionibus in Afganistani regno natis; insimulat enim Russos contendere ut anglicum omne nomen et imperium, anglicumque ambitum inter regni fines deleant. Simil autem Pelletanii, gallicus rerum navalium gestor supremus, interni maris classem proposuit legatis minuendam tormentis et militibus, quod palam indicat Gallos de Mauranicis rebus parum esse anxios.

(1) Cfr. num. sup.

*

Venezueliano bello a Castro praeside tandem aliquando composito, id factum est quod erat praevisum, ut res publicae omnes, quorum cives ex bello civili rerum vel personarum detrimenta coepissent, rogaverint, ut satis pecuniae solveretur, quae detrimenta illiusmodi sarent. Ita bellicis vix sublatis incommodis, novae exoriuntur difficultates, quae profecto crescent si initis iam a nonnullarum gentium legatis protestationibus alii quoque accesserint; quod per quam facile arbitrantur futurum. Inter cetera autem id spectant Europaeorum consilia, ut vectigalium pecuniam omnem, quae pro mercibus advehendis solvit, sibi addicant, cuius vi acceptas iniurias repandant. Neque nordicas Americanas civitates quidquam obiecisse, neque esse obiecturas constat; Monroe enim quam dicunt doctrina, illis expressa verbis: « America Americanis » ad potestatem regionis cuiusque unice spectat; neque hac in re iuvat proferri.

*

Post Oscarii regis sententiam de Samoa insulis, nova ecce edita est ab Eduardo, rege Anglorum, ei commissa, de finibus Chilenam inter atque Argentinensem rempublicam designandis, quae iam a triennio contentio pendebat. Rex itaque hanc legem edixit, ut ex terra discordiae causa atque incerta dominio Chilenses latiore partem, Argentini feracrem possideant. Omnibus haud pariter gratum evasisse iudicium facile patet; at id maxime refert, regem esse consequutum, ut causam atque occasionem belli removeret.

*

Vilhelmus Caesar, ut est natura promptus ad operam, ad Alafredi Krupp, celeberrimi illius tormentorum bellicorum artificis, funera solemni pompa convenit. Sermonem imo ad feretrum talem habuit, ut non modo laudis tributum dignum tanto viro esset, sed etiam socialistarum odia atque obtrectationes in defunctum iactatas aspera corriperet vituperatione. Oratio Caesaris igitur contentiones inter socialistas atque optimates iterum exacuit, atque ad proximum de eligendis populi legatis certamen maxime animos incendit.

POPULICOLA.

PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS.

IN Americana nordica foederata republica, Roosevelt praeses apud legatos populi orationem ad augurandam Sessionem habuit, atque de Monroe iuribus tuendis pro americana terra liberaliter disseruit.

In Gallia de Humbert fraudatorum comprehensione, quae nondum effecta est, rogatum; inde tumulus, pugillatus, singulares pugnae obortae; post quae Combes, summus minister, decretum legit quo propositae conventui leges absolutae declararentur.

In Graecia recentibus a munere regii administris, regis mandato novi sufficiunt, quibus praeses Delyannis, cuius factioni hactenus rex adversatus fuerat.

In Hispania novum constitutum administratorum collegium cui Silvela praest; Abarzuza externis rebus est praepositus, Dato iustitiae reddenda, Villaverde aerario; internis negotiis Maura, bellicis Linares imperator, maritimis Sanchez Toca, studiis curandis Salazarius, publicis denique operibus Vadillo.

In Italia de publicis negotiis municipiorum administrationi tradendis lex ad disceptationem est re-

vocata. Deinde de construenda iterum campanaria turri Marciana actum, ac de Iauensi portu sui iuris declarando agitatum.

SCRIBA.

LIBRORUM RECENSIO

D^r FRANC. BOTEK — A. KLEIBER. Facta loquuntur. Animadversiones in decem annos, quibus archiepiscopali munere in Olomucina dioecesi functus est Theodorus Kohn. — Olomucii, MDCCCCIII.

Liber hic CLXVII paginas complectens hac editus est propositi summa, ut simplici rerum examine palam fieret industria ac diligentia, quam vir eximus Theodorus Kohn, archiepiscopus Olomucin. indesinenter adhibuit, non unum animorum bonum, sed commune totius populi, ipsius curae addicti, commodum promovens, atque opes augens aulae archiepiscopalis. Botek doctor, qui multos annos clarissimi viri a secretis fuit, gravis quidem auctor, vehementi stilo sedulitatem plane mirabilem describit episcopi sui in administranda dioecesi vicenis centena millia hominum in DCXLII paroecias distributorum numerante, narrans quem ad modum ipse dioecesim visitet, quomodo rei catholicae per sodalitias, per commentarios, piis operibus, artibus, doctrina consulat.

Hinc, ut cetera praeteream, beneficentissimum virum accepimus, praeter caritatis domesticae innumeris signa, in solamen pauperum ad tricens fere centena millia libellarum iam impendisse, atque ad archiepiscopalis, quae vulgo dicitur, mensae incrementum quadraginta.

Nil mirum Romanae Ecclesiae hostes odio exemplum hoc episcoporum prosequi; atqui boni eum tamquam parentem iure colunt ac venerantur, reique testimonium nuper dedere sollemnibus illis in honorem ipsius habitis ad decennium episcopatus expletum celebrandum. Quae quidem eadem pompa et amore iteratum ad multos annos iri ex animo ominarum.

Acta Gregorii Papae XVI. . . . recensita et digesta cura ac studio ANTONII MARIAE BERNASCONI. — Vol. III. Romae edid., officina polyglotta S. C. de Propaganda Fide, MCMII.

Huius operis, maximi quidem ponderis, volumen tertium editum nobis nuntiantibus, quo Actorum Gregorii PP. XVI pars prima (canonica) absolvitur, ea iuvat referre quae in totius operis proemio a sollestitissimo eius instructore scripta leguntur:

« Tanti Pontificis gesta praeclarissima nefas erat latuisse; multa siquidem in bibliothecarum scrinis ubique sepulta asservabantur; et quamvis plura e densis quibus obducta fuerant tenebris, lapsu temporis eruditorum manu in lucem feliciter prodierint, attamen haec quoque documenta ob ingentem librorum copiam in quibus sparsa reperiuntur, paucis tantum usui esse possunt. Hinc et Christi Ecclesiae utilitas et ecclesiasticae historiae incrementa id expetere videbantur, ut tam pretiosa religionis monumenta in unum veluti corpus coalescerent, et uno conspectu exhibenda in lucem prodirent.

Consilium huius edendi operis in primis acceptum refertur Iosepho Mariae Graniello, viro eminentissimo et coetu iam pridem adsumpto clericorum regularium S. Pauli Apostoli, qui Barnabite vulgo audiunt. Quum enim fere omnium Pontificium exstaret actorum collectio, quumque aevinostri decus, Leo XIII, quem Deus diutissime sospitet, suorum praedecessorum inhaerens vestigiis, acta a primo Pontificatus sui anno ad vigesimum usque secundum pulcherrimis typis ediderit. Cardinalis ille ante septem annos suasit nobis hortator animum adiicere iis supplendis quae desunt in Bullario Romano. Huius itaque sapientissimi viri consilio acquiescentes tam salebrosum opus aggressi sumus edere; quod fecimus lubenti animo praelo id operis committendo atque acta Gregorianae typis Sacr. Congregationis Propagandae Fidei vulgando.

Leo XIII, qui Gregorium prope novit, quum unus modo supersit antistitum qui ab eo creati sunt, Pontificem praedecessorem honorare eiusque gesta omnibus innotescere excupiens, opus hoc perinde ac ex

officio factum haberi voluit, et Romanarum Congregationum archiva nobis reseravit.

In huius Pontificis inquirendis actis diutissime nobis adlaborandum fuit quia monumenta dispersa fuerant cum ob temporum calamitates, tum ob rabiem forsitan hominum nequam contra Eum iustitiae vindicem ira aestuantur, quippe qui verbis et scriptis terribimas disiicere sectas utendo apostolico gladio contendat.

Cardinali Graniello vita functo, Leo XIII eius loco romana clamide purpuratorum donatum Vincen- tium Vannutelli, quem in Consilio a Fide Propaganda sumptibus administrandis iam pridem praefecerat, operis huiusce edendi patronum ac curatorem dedit. Hie pro summa qua pollet humanitate et spiritus magnitudine, acta mihi Gregoriana edenti tantum prae- buit auxili quantum ceteroquin viribus meis tam magno oneri sustinendo imparibus probe deesse sen- tiebam.

Iam operi cui manum admovimus ea tantum monumen- ta libuit adserere, quae Ecclesiae aliquid utilitatis conferre viderentur. Ex selectis porro universis sumptibus auctoritas in primis eluet Romani Pontificis cui Christus Dominus Ecclesiam suam in persona Petri regendam commisit; innumera siquidem regeruntur documenta quae Romanae Sedis primatum divino iure evincent, sive uti doctor et magister fide- lium Gregorius ipse in his loquatur, et pastoris adeo amantissimi officio fungatur, qui gregem sibi commisum a venenatis pascuis arret; sive etiam denique iusti iudicis vices gerat sonentes aut rebellum damnando, vel Christi iurum invictus assertor, nequitias novatorum reprobare instituat. Dein sollicitudo ipsius Pontificis abunde colligitur in iuris pontificii sapienti dispensatione; hinc enim patet quae noviter ab Eo missiones sint constituae in partibus infidelium, quae insuper ampliatae, quae rursus novae dioeceses erectae, quae unitae aut divisae ab Eo sint; religiosa itidem quae instituta probaverit; quae deinde privilegia concesserit, aut quas diversas facultates, tam privatis personis, quam collegiis clericorum aut laicorum contulerit ». X.

AENIGMATA

I.

Sume caput, curro; ventrem coniunge, volabo;
Adde pedes, comedes; sed sine ventre, bibes.

II.

Cum Lybieos aequem turpi nigredine corvos,
Aequarem cycnos, si sine ventre forem.

E. DE AZEVEDO.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus, sortitus, gratis accipiet opus, cui titulus:

AMBROSI (S.) DE OFFICIIS LIBRI TRES.
(Edid. I. Tamiettius).

Aenigmata an. V, n. XX proposita his respondent:

1) Mane; - 2) Tellus.

Ea rite soluta miserunt:

Car. Stegmüller, *Sabarria*. — Guil. Schenz, *Ratisbona*. — A. Meseck, *Traenick*. — Rich. Malotta S. I., *Bzozow*. — Vol. Lommatsch, *Limbach*. — Ios. Gust. Grünes S. P., *Nicol- sburg*. — Iul. Sernatinger, *Dresden*. — V. Hertel, *Mendhusio*. — Ioan. Cantone Ceva marchio, *Vercellis*. — Vinc. Lakatos, *Keszthely*. — Ios. Rokosny, *Sandomiria*. — Am. Robert, *Marietta in Canada*. — Ad. Huza, *Grybovia*. — D. Le Provost, *Briocen*. — C. Perazzi, *Mangalore in Indis*. — Alois. Cappelli, *Senis*. — Petr. Garrone, *Pezzana ad Vercellas*. — Iac. Bertran, *Figueris*. — C. Tranchese S. I., *Neapoli*. — Eug. Sosio, *Bormio*. — Collegium generale urbis *Penang*. — Alois. Battisti, *Marauta*. — Georg. Maurer, *Bonna*. — I. F. Morton, *Spokane*. — E. Burg, *Argentorato*. — Ios. Walter, *Neo Ebro- raco*. — F. Arnori, *Mediolano*.

Sortitus est praemium

ALOISIUS CAPPELLI,
ad quem missum est opus, cui titulus:

CATO

DE AGRICULTURA.
(Edidit KIEL, Lipsiae ex off. Teubneriana).

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina *Facis Phil. Cuggiani*.

LE LAUDI LATINE
E
IL CANTICO DEL SOLE
DI
S. FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porziuncula, 1897

Hoc libello, praeter venustam praefatiunculam a Paulo Sabatier, viro rei longe peritissimo, conscriptam, continentur *laudes latine* cum interpretatione italica, *Canticum Solis*, et illa *Speculi perfectionis* capita, quae *Cantici* originem exponunt, aliaque permulta. Libellum, quem proxime alii subsequentur ad parvam *Bibliothecam Franciscanam* comparandam, Iulius Salvadori, litteris tradendis doctor egregius, maxima edidit cura. Romae apud commentarii *Vox Urbis* Administratorem venit L. 0.50, in pauperum levamen.

PHILIPPUS VITI Eques

MARMORARIUS

ROMAE - Via Alessandrina N. 51, 52 - ROMAE

Affabre sculpit quae sunt ad simulacra, altaria, sacella, aediculas, uti patet ex operibus erectis aut refectis in Basilica Lateranensi, Liberiana, Laurentiana extra muros, Transtiberina, Eudoxiana, etc.

FIGURAE URBIS ROMAE

ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE
COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO
Veneunt apud comm. VOX URBIS Administratorem.

URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS

(m. 1.10 × 0.24)

qui sociis commentarii *VOX URBIS* dono datus est,
venit singillatim L. 2.50

apud comm. VOX URBIS Administratorem.

SI QVIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

 IBER (vulgo "ALBUM")
praecipua Urbis referens, pulchritudine insignis atque, commentarii *Vox Urbis* moderatore iubente, expresse conflatus, apud eumdem commentarii administratorem, ROMAE, VIA ALESSANDRINA, 87, ven. lib. 1.50.

SOCIIS MONITUM.

Sociis pluribus morem gerentes idib. Novembr. an. MCMII apud Commentarii *Vox Urbis* administratorem officium instituimus, quod de negotiis Ecclesiasticis sit; de expedientis scilicet rationibus omnibus, quae apud Romanae Ecclesiae « Congrationes » aguntur.

Itaque si quis procuratione nostra uti velit, profecto temperantiam in pretio, studium atque alacritatem in opere inveniet.